UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Controversiarvm Omnivm Hvivs Ævi Lvthero-Calvinisticarvm Libri Tres

Coppenstein, Johann Andreas

Mogvntiæ, 1627

Pontificvm Romanorvm Continvata Svccessio.

urn:nbn:de:hbz:466:1-35233

Visual Library

SÆCVLVM DVODECIMVM, MONASTICVM.

PONTIFICVM ROMANORVM CONTINVATA SVCCESSIO.

An. C nati

158. PASCHALIS II. ex monacho eligitur miraculoſe animatque expeditionem Cruce ſignatorum. 1100

Conſultus ab Anſelmo Cantuarienſi de Inueſtituris Laicorum, eas prorſus reprobat. 1101

Henricum Imp. eiuſq; hæreſin damnat in Conc. Rom. Archiepiſcopo Poloniæ ſcribit pro præſtãda obediẽtia Sedi Apoſtolicæ: Hẽrico Regi Angliæ diſpenſat cum Boleſlao Poloniæ in cauſa matrimonij. 1102

Belouacenſem Epiſc. mittit Legatum ad reformandam Poloniam, Albanenſem quoque in Galliam. 1104

Celebrat Conc. VVaſtalenſe: Parmenſes pœnitentes abſoluit ab excommunicatione: 1106

Certis conditionibus offert coronam Imperij Henrico: cui & negat ſepelire parentem. 1110

Venienti Romam renuit dare coronam, ob vſurpatas ab eo inueſtituras. Ideoque captiuus abductus annuit ei priuilegia Inueſtituræ, confertque coronam Imperij: at protinus factum ſuum ac inueſtituras laicas damnat. 1111

Iterumq; in Conc. Rom. condẽnat: in quo & abdicaturus ſeſe prohibetur. 1112

Celebrat Conc. Beneuentanum. 1113

In Conc. Lateranenſi hæreſios inſimulatur malè. 1116

Henricum aduolantẽ Romam fugit, negatque abſolutionem. 1117

Pis

An.C. nati.

Pie moritur a. 1118. Sed. a. 18. m. 5. d. 7.
159. Gelaſius II. ex monacho creatur; mox pugnis dire exceptus carceri includitur; at liberatur ab Orthodoxis: Fugit Henricum; reuerſus iterum fugit euecto contra eum Burdino Bracharenſi concedit indulgentias. 1118
Moritur Cluniaci, a. 1119. Sed. a. 1. d. 5.
160. Calliſtus II. Canonice electus, excommunicat Henricum Inueſtituras vſurpantem: reconciliat Regẽ Angliæ, & Archiepiſ. Eboracenſem. 1119
Vienn. Eccleſiã donat titulo Primat⁹. 1120
Exercitum parat contra Burdinum; captumque Northmanorum auxilio, perpetuo carcere claudit. 1121
Henricum Inueſtituris renunciaturum per legatos abſoluit. 1121
Moritur a. 1124. Sed. a. 5. M. 10. d. 13.
161. Honorius II. illegitime electus pœnitet, ſe abdicaturus canonicè confirmatur. 1124
Rogerium Siciliæ Comitem rebellem vtroque gladio coercet. 1127
Mittit Legatum ad reformandã Daniam, Suectam, Boemiam. 1129
Moritur an. 1130. Sed. a. 5. M. 2. d. 3.
162. Innocen. II. creatur legitime, fugit in Gallias ab Antipapa; à Regib. Frãciæ & Angliæ honorifice excipitur. 1130
Conc. Rhemis celebrat; vbi ſtratoris officium exhibet ei Lotharius rex Germ. Viſitat Claraualen. 1131
Redit in Italiam, pacemq; inter Lothariũ & vrbes Italiæ firmat. 1132
Lotharium coronat Imp. datq; ei in feudum Mathildis allodium. 1133
In Conc. Piſano excommunicat Petrum Leonis. 1134
Eius & Antipapæ cauſſa cognoſcitur coram Rogerio. 1137
In Conc. Generali Rom. excommunicat Rogerium: Itemq; hæreticos duos: Ducens in Rogeriũ captus ab hoc benigne habetur; & titulo Regis ornat eũ. 1139
Diſſentit iterum ab Rogerio a. 1140. Itemque ab Ludouico rege Franciæ; & Romanos pacat. 1141
Moritur a. 1143. Sedit a. 13. M. 7. d. 8.
163. Cœleſtin. II. eligitur canõ ce. 1143
Moritur an. 1144 Sedit M. 5. d. 13.
164. Lucius II. legitime eligitur cõponit pacẽ cum Rogerio Rege: patitur à Roma. perduellib. inſidas & calũnias. 1144
Moritur an. 1145. Sedit M. 11. d. 4.
165. Eugenius III. creatur canonice, ex Abbate Papa, ob metũ factioſorum creatur in monaſterio, accipitque monitorias ab S. Bernardo. 1145
Armeni reddũt ei ſubiectionẽ; excitatq; Ludouicũ Regem ad nouam expeditonẽ in terram S. Exagitatus Romæ ab Arnaldiſtis fugit in Galliam, & Carnuti celebrat Concilium. 1146
Itemque Rhemis; & probãt ſtudium ac vitam S. Hildegardis; & excuſat S. Bernardum. 1148
Cognoſcit causã Archie. Mog. & Col. 1151
Moritur ſancte a. 1154. Sedit an. 8. m. 4. d. 10.
166. Anaſtaſius III. creatus ex Canonico regulari moritur, cum ſediſſet an. 1. m. 4. d. 23. 1154
167. Hadrian. III. ex Epiſ. creatur. 1154
Arnaldiſtas turbatores ſubijcit interdicto: Gulielmũ Regem Siciliæ excõmunicat; Fridericũ Regem reijcit ab oſculo pacis ob non præſtitũ ſibi officium ſtratoris: eundemque coronat Imper. Romam interdicto ſubijcit. 1155

An. C nati

Beneuenti à Gulielmis obſeſſus cogitur homagium ſuſcipere Eccleſiæ Rom. contrarium:

Sed idem irritatur ab Innocentio. 1156

Mittit legatos ad Fridericum Imp. pro libe ratione Epiſc. Londonen. 1157

Simultates inter ipſum & Fridericum. 1158

Moritur angina, Sedit an. 4. M. 9. 1159

16. ALEXANDER III. *creatus ab Antipapa Octauiano carceratur; at liberatus & conſecratus illum excommunicat: Fridericum Imp. arguit arrogantiæ, indicere præſumentem Concilium abſque conſenſu Papæ:* 1159

Agnoſcitur legitimus Papa contra Octauianum etſi damnetur in Conciliabulo Papiæ ab antipapiſtis, quos vti & Fridericum imperatorem excommunicat. 1160

Fridericus in conciliabulo Laudenſi retorquet in eum excommunicationem. At Papa mittit per Germ. & Ital. legatos ad uniendos Epiſc. 1161

Abit in Galliam ob turbas Schiſmaticorum: cum Ludouico Rege Franciæ in anguſtiis poſitus liberatur à Rege Angliæ diuinitus. 1162

In Conc. Turonenſi excommunicat ſchiſmaticos. 1163

Thomam Cantuar. reſtituit contra Regem; Mortuo Antipapa rogatus redit Romam, euecto contra cū Guidone. 1164

Alexander tamen honorifice excipitur à Romanis. 1165

At Guido ab Friderico ſtabilitur cū iuramento. Hic Imperator orientalis Manuel per legatos repetit ab eo Imperium occidentis. 1166

Obſeſſus à Friderico Romæ elabitur. 1167

Henricum Angliæ & Thomā Cant. reconciliare laborat: Fridericum excommunicat, exuitque Imperio. 1168

Henricum minis excommunicationis terret, vt Thomæ pacem reddat. 1170

Reos necis S. Thomæ excōmunicat. 1171

Per Legatos iniungit Regi pœnitentiam. 1172

S. Thomam inter Martyres refert. 1173

Pacem ei fraudulenter offert Fridericus: Militum S. Iacobi Regulam confirmat, & Primatum Toletanum. 1175

Serio rogatur de pace à Friderico: Epiſc. Anglicanos auocat à Conſiliys Henrici. 1176

Cum Friderico pacem init & firmat Venetiis Donatus Comitatu Bertinotenſi nouam dat anſam diſcordiæ Friderico. 1177

Reuerſus Romam ſuſcipit benigne Antipapam. 1178

Conc. Gener. Lateranenſe celebrat. 1179

Confirmat S. Cazimiri conſtitutionem contra barbaros Polonorū mores. 1180

Probat ſpiritum cuiuſdam prophetiſſæ; ſuſcitat Expeditionem Cruciatā: Regem Scotiæ excommunicat, & Scotiam Interdicto ſupponit. 1180

Decretum edit de Reliquiis & Veneratione SS. 1181

Moritur, fitq́; viſio de eius ſaluatione: Sedit, an. 21. M. 11. Di. 23.

169. LVCIVS III. *canonice creatur.* 1181

Exagitatur à factioſis Romæ. 1183

Solicitatus à Cruce ſignatis Expeditionem promouet. 1184

Verona cum Frid. contendit de quibuſdā iurib. & tranſigit; ac moritur. Sedit an. 4. M. 2. D. 28. 1185

170. VRBANVS III. *creatur.* An Ch. nati
Veronæ arguens Fridericum de cri- 1185
minibus inferſum experitur : cui
& excommunicationem commina-
tur. 1186
Mittit Legatos ad inaugurandum
regem Hiberniæ. Moritur: Sedit an. 1.
men. 10. *Dies* 15. 1187
171 GREGORIVS VIII. *crea-*
tur: ſatagit pro Expeditione Cruciata,
plenariam indulgentiam impertit in
eam; indicitq́ʒ ieiunium: Moritur : Se-
dit men. 1. *dies* 27. 1187
172. CLEMENS III. *creatur: pro*
mouet Expeditionem Cruce ſignato-
rum. 1187
CanoniZat S. Ottonem Epiſc. Bam-
bergenſem ; & inaugurat Regem Sici-
liæ Tancredum moritur : ſedit ann. 3.
men. 2. *dies* 15. 1189
173. CÆLESTINVS III. *crea-*
tur ex Cardinali vita ſanctæ, poſt obi-
tas Legationes, & prænunciato ei Pō-
tificatu : ſeditioſas Anglos excommu-
nicat. 1191
Leopoldum Auſtriæ excommuni-
cat : Idemque comminatur Regi An-
gliæ. 1193
In Gaufredi Archiep. Eborac. vitam
flagitioſam inquiri curat, S. Bernar-
dum Epiſcop. Hilaeſhemen. canoni-
Zat. 1194
Gaufredum ab Officio ſuſpendit, &
Henricum Imperatorem excommuni-
cat. 1195
Nouam Expeditionem Cruciatam
promouet, & Henrico Henrici filio
concedit ſub tributo regnum Sici-
liæ. 1197
Legatum deſtinat in Poloniam di-
ſciplinæ eccleſiaſticæ reformandæ. Mo-
riturque. Sedit Ann. 6. *Men.* 9. *di-*
es 11. 1198

IMPERATORVM Occidentis Acta Sæculo XII.

18. HENRICVS V. *Rex, Impe-*
rator IV. euehitur in Regnum à Lega-
tis Apoſtolicis & Principibus contra
patrem rebellem Henricum. 1105
A patre contra eum conclamatur,
cum quo per legatos agit : Coloniam
obſidet : ſeſe Papæ per legatos ſub-
mittit. 1106
Reſiſtit Papæ pro Inueſtituris Lai-
cis. 1107
A Burdino excitatus tyrannidem
aſſumit: at certis pactis offert ei coronā
Imperij Papa negans ei patrem ſepe-
lire. 1110
Doloſe iurat pro capeſſenda corona
Imperij. Pompoſe init Romam ; capit
Papam ; extorquet coronam turbatis
Romanis, 1111
Excommunicant eum plura Conci-
lia, & orthodoxi inſurgunt in eum cum
Alberto Archiepiſcopo Mog ntinen-
ſi. 1115
Romam aduolans coronatur à Bur-
dino Epiſc. Bracharacenſi, reſiſtentibus
Romanis. 1117
Ideoque Burdinum creari facit An-
tipapam. 1118
A Calliſto Papa bello appetitus in
Comitijs Herbipolitanis pollicetur pa-
cem. 1121

An.Ch. nati

Renunciat inueſtituris, abſolutuſq́; ab excommunicatione pacem reddit Eccleſiæ. 1122

Remenſibus intentans vindictam reprimitur à Ludouico Franciæ. Moritur, & in eo deficiens à Germanis Imperium tranſit ad Saxones. 1125

19. LOTHARIVS II. *Dux Sax. Rex Germaniæ conſecratur ab Archie. Colonienſi.* 1125

Papæ adhæret contra Antipapam Petrum Leonis. 1130

Innocentio II. præſtat officium ſtratoris. 1131

Extorquere nitens inueſtituras cõpeſcitur à S. Bernardo. 1132

A Papa coronatur Imperator Romæ, accipitq́; allodium S. Mathildis in feudum. 1133

A Conrado Rege Rom. bello appetitur. 1134

Rogerium Siciliæ tyrannum, rebellem Papæ, coercet. 1137

Moritur. 1138

20. CONRADVS II. *appetit regnum Germaniæ.* 1125

Infeſtat Italiam & Lotharium Imperatorem. 1134

In Comitijs Confluentinis creatur Rex Roman. 1139

Cruce ſignatus ducit in Terram S. 1147

Vnde redit inglorius. 1149

Moritur relicto ſucceſſore Friderico Duce Sueu. 1151

21. FRIDERICVS *Dux Sueuiæ creatur Rex Rom.* 1151

It Romam, à Papa honorificè exceptus repellitur ab oſculo pacis, quod non præſtitiſſet officium ſtratoris: Rebellẽ Comitem Spoletanum redigit in ordinem. 1155

Repudiata ob conſanguinitatem priore ducit aliam. 1156

Legatos Papæ cum literis repellit. 1157

Reconciliatus Papæ expetit ab eo Regalia Imperij. 1158

Iterum diſcordat cum Papa, fauens Antipapæ. 1159

Arguitur à Papa, quod ſine ſuo conſenſu indicat Concilium: ideo in Conciliabulo Papienſi abrogat Alexandro III. Pontificatum. 1160

Eundem in Conciliabulo Landunẽſi excommunicat. 1161

Dolis Principes in ſuum ſchiſma pertrahere fruſtra conatur. 1162

Confirmat intruſionem Antipapæ Guidonis ideo q́; varijs aduerſitatibus caſtigatur à Deo. 1164

Alexandro III. Romam redeunti inſidiatur. 1165

In Conciliabulo Herbipolen. iurat, iurareque adigit alios ad Antipapæ defenſionem: ideo ducit in Italiam, repellitur à Longobardis. 1166

Romam dolo capit: ſed immiſſa peſte in exercitum diuinitus cogitur recedere. 1167

Excommunicatur, Imperio deponitur à Papa; à Mediolanis grandi clade affligitur; conſulit cum Epiſcopis de rebus ſuis afflictis. 1168

Hildebrando Comiti Palatino confirmat rerum ſuarum poſſeſſionem. 1170

Ale-

Anno Chriſti nati

Alexandriam Longobardiæ obſi-
dens ope Sancti Patri profliga
tur. 1174
Pacem ideo doloſe ſimulat ex me-
tu. 1175
Angliæ Regem per nuptias filiæ à
Papa nititur alienare: rurſus autem à
Mediolanis oppreſſus pacem ſerio pre-
catur à Papa. 1176
Pax certis pactis compoſita eſt:
at an Papa collum eius calcarit, in-
certum ſit. Mox nouas excitat diſcor-
dias. 1177
Auxiliares copias mittit Lucio PP.
contra Romanos factioſos. 1183
Cum Papa Veronæ altercatur de
quibuſdam iuribus, coronatq́ Henri-
cum filium Regem Rom. inuito Papa. 1184
Roberto confirmat erepta bona Ec-
cleſiæ. 1185
Redargutus de criminibus à Pa-
pa rurſum infeſtat Sedem Apoſtoli-
cam. 1186
Cruce ſignatur contra Saracenos in
Terram S. 1188
In Orientem perueniens inter-
it. 1190
22. HENRICVS VI. *Rex*
Rom. at Imperator V. coronatur à Cæ-
leſt. III. 1191
Dire graſſatur in Siculos ob iniuri-
am in vxorem detentumq́ Regem An-
gliæ diu captiuum cogitur à Papa dimit
tere liberum. 1193
Siculos ſpoliat, reditq́ in Germani-
am. 1194
Excommunicatur à Papa; reſipi-
ſcens parat Expeditionem in Terram
S. 1195
Affligit Italiam horrende, & Sici-
liam. 1196
Ob tyrannidem exoſus etiam vxo-
ri moritur impœnitens, in teſtamento
tamen rapta bona Eccleſiæ reſtituit;
ſed ſpolia eius aſpernantur Ciſtercien-
ſes. 1197

IMPERATORVM Orientis Acta contracta.

98. IOANNES CONNENVS
ſuccedit Alexio. 1119
Ope Deiparæ vincit Scythas glo-
rioſe. 1123
Moritur. 1143
99. MANVEL *ſuccedens patri du*
cit ſororiam Conradi. 1143
Molitur mala in exercitum Roma-
num. 1147
Iura Eccleſiæ derogata reſtituit Bul-
lâ aureâ. 1148
Petit à Papa Imperium Occidenta-
le contra Fridericum. 1166
Faſtus eius contra Frideri-
cum. 1179
Moritur pœnitens in habitu mona-
ſtico. 1180
100. ALEXIVS II. *Connenus*
ſuccedit patri. 1182
Strangulatur ab Andronico tyran-
no. 1183
101. ANDRONICVS *Connenus*
ſæuit in Latinos, vindicat ſæuitiam
Deus; pœnitens interit. 1185

Anno Christi nati

102. ISACIVS *Angelus arripit imperium.*
Armis ſpiritalibus rem aggreſſus 1186
triumphat hoſtes. 1187
Compingitur in carcerem ab Alexio Angelo. 1195
103. ALEXIVS III. *Angelus imperat quinquennio.* 1195
A Papa inuitatus ad Sacrum bellum ſubterfugit. 1198
Veneti faciunt Balduinum Imp. Latinorum. 1199
Et recuperant Conſtantinopolim, reſtituuntq́; Alexium iam Latinis iunctum, & Eccleſiæ. 1203
Iugulatur à tyranno. 1204

Concilia Papis Conſona.

Prouincialia *hoc Sæculo XII. fuere plurima.* GENERALE *Romæ anno* 1112. *in quo excommunicata hæreſis Henriciana & Henricus III. ſæpius reſitiens à promiſſis. Item eadem, aut pari in cauſa, ann.* 1116. 1119. 1122. 1134. 1139. 1175.

SS. Patrum & Doctorum Concordia ſub Papis hoc Sæculo.

Leo *Oſtienſis Epiſcopus Chronographus.*
Zacharias *Epiſcopus Chryſopolitanus ſcribit in Euangeliſtas quatuor.* 1101 1101
Sigebertus *Gemblacenſis Monachus hiſtoricus, iniquior fuit Gregorio VII. ob ſtudium ſuum in Imperatorem. Eum refutauit S. Anſelmus epiſt. octaua.* 1110
Euthymius *Zigabenus Monachus græcus.* 1118
Ioannes Zonaras *Monachus græcus.* 1118
Rupertus *Tuitienſis Abbas apud Coloniam.* 1119
Algerus *ſcholaſticus Leodien. dein monachus Cluniacenſis.* 1130
Hildebertus *Turon. Archiep.* 1130
S. Bernardus *Abbas Clarauall.* 1130
Petrus Cluniacenſis *Abbas.* 1130
Hugo de S. Victore *Saxo Monachus.* 1130
Richardus de S. Victore *Scotus Monachus.* 1140
Wilhelmus Malmesberienſis *Monachus Anglus.* 1140
Gratianus *Cluſinus Monachus S. Benedicti.* 1150
Petrus Lombardus *Epiſcopus Pariſienſis.* 1150
Otto Friſingenſis *Epiſc. ex Monacho Ciſtert.* 1150
Petrus Comeſtor *Magiſter hiſtoriæ Eccleſ.* 1150
Petrus Bleſenſis *Archidiaconus.* 1177
Guilielmus Tyrius *Archiepiſc.* 1180
Godefridus Viterbienſis *Notarius Conradi III.* 1186
Guilelmus Neubrigenſis *hiſtoricus Anglus.* 1190
Ioachimus Abbas *Florenſis vates de Papis XV. futuris.* 1195
Theodorus Balſamon *Patriarcha Antioch.* 1190
Rogerius hiſtoricus. 1190

Hono-